et de ſtercore erigēs pa-
uperem. Vt collocet eū
cum principibus: cū pri-
cipibus populi ſui. Qui
habitare facit ſterilem
in domo matrem filiorꝝ
lætantem. Gl'ia pri. Añ.

Leua eius ſub capite m̃o
et dextera illius ample-
xabitur me. Añ. Nigra
ſum. PSALMVS.
LÆtatus ſum ĩ his
quæ dicta ſunt
mihi ĩ domum dñi ibi-
mus. Stantes erant pe-
des nr̃i in atrijs tuis ie-
ruſalem. Hieruſalẽ quę
ædificatur ut ciuitas: cu-
ius participatio eꝰ ĩ id-
ipm̃. Illuc enĩ aſcende-

rūt tribus tribus dn̄i: te-
ſtimonium iſrael: ad cō-
fitendum nōi dn̄i. Quia
illic ſeder̄t ſedes ī iudi-
cio: ſedes ſuper domuz
dauid. Rogate quæ ad
pacem ſunt ierl̄m: et abū-
dantia diligentibus te.
Fiat pax in uirtute tua:
et abundantia in turri-
bus tuis. Propter fr̄es +
meos: et proximos meos:
loquebar pacem de te.

Propter domum dñi dei
dei nr̄i: quæſiui bona tibi.
Gloria pr̄i. Añ. Nigra
ſum ſed formoſa filia ie-
ruſalem ideo dilexit me
rex et introduxit me in
cubiculum ſuum. Añt.
Iam hyems. PSALMVS.
NIſi domin⁹ ædifi-
cauerit domū: in
uanum laborauerunt q̄
ædificant eam. Niſi
dñs cuſtodierit ciuita-

tem fruſtra uigilat q̄ cu-
ſtodit eam. Vanum ē uo-
bis ante lucem ſurgere: t
ſurgite poſtq̄ ſederitis q̄
manducatis panem dolo-
ris. Cum dederit dilectis
ſuis ſomnum: ecce here-
ditas dn̄i filij merces fru-
ctus uentris. Sicut ſagit-
te in manu potentis: ita
filij excuſſorū. Btūs uir
qui implebit deſideriū
ſuum ex ipis: nō cōfun-

detur: dum loquetur ĩi-
micis ſuis in porta. Glo-
ria. Añ. Iam hyems trã-
ſijt imber abijt et receſ-
ſit ſurge amica mea et
ueni. Añ. Specioſa. ps̃.
Lauda hierl̃m do-
minum: lauda de-
um tuum ſyon. Qm̃ cõ-
fortauit ſeras portaruꝫ
tuarum: bñdixit filijs t
tuis in te. Qui poſuit
fines tuos pacem: et adi-

pe frumenti ſatiat te. +
Qui emittit eloquium
ſuum terræ: uelociter
currit ſermo eius. Qui
dat niuem ſicut lanam
nebulam ſicut cinerē ſpā-
git. Mittit criſtallum
ſuam ſic̄ bucellas: ante
faciem frigoris eiꝰ quis ſu-
ſtinebit? Emittet uerbū
ſuum et liquefaciet ea:
flabit ſp̄us eius: et fluēt
aquæ. Qui annunciat

uerbum ſuum iacob: iu-
ſticias et iudicia ſua iſ-
rael. Non fecit taliter
omni nationi: et iudi-
cia ſua non manifeſta-
uit eis. Gloria. Añ. Spe-
cioſa facta es et ſuauis
in delicijs tuis. ſancta
dei genitrix. CAP.
AB initio et ante
ſecula creata ſũ
et uſq; ad futurum ſæ-
culum non deſinam: et

in habitatione ſanc ta co-
ram ipõ miniſtraui. R/.
Deo grãs. HYMNVS.

AVe maris ſtella
dei mater alma
atq; ſemper uirgo foelix
coeli porta. Sumens il-
lud aue gabrielis ore ⁊
funda nos ĩ pace mutãs
euæ nomen. Solue uin-
cla reis profer lumen ce-
cis mala nr̃a pelle: bona
cuncta poſce. Mõſtra

te eſſe matrem: ſummat
per te preces: qui pro no-
bis natus tulit eſſe tuus.
Virgo ſingularis inter
om̄s mitis nos culpis ſo-
lutos mites fac et caſtos.
Vitam præſta puram it'
para tutum ut uidentes
ieſum ſemper colletem̄.
Sit laus deo pr̄i ſūmo
chriſto decus ſp̄ui ſc̄o
trinus honor unus amē.
℣. Diffuſa eſt gr̄a ī la-

bijs tuis. ℟. Propterea ⁊
bñdixit te deus in æter-
num. Añ. Btã mater.

CANTICV̄

Magnificat anima
mea dñm. Et exl̃-
tauit ſpiritus meus ĩ deo
ſalutari meo. Quia reſpe-
xit humilitatem ancillę
ſuæ: ecce enim ex hoc be-
atam me dicent omnes ⁊
generationes. Quia fe-
cit mihi magna qui po-

tens eſt: et ſanctum no-
men eius. Et miſericor-
dia eius á progenie in
progenies: timentibus
eum. Fecit potentiam ĩ
brachio ſuo: diſperſit
ſuperbos mente cordis
ſui. Depoſuit potẽtes
de ſede: & exaltauit
humiles. Eſurientes im-
pleuit bonis: et diuites
dimiſit inanes. Suſcepit
iſrael puerum ſuum: re-

cordat⁹

cordatus m̄iæ ſuæ. Sic
loquutus ē ad p̄res n̄ros
abraam et ſemini eı' ī ſæ-
cula. Gl̄ia. An̄. Beata
mr̄ et īnupta uirgo glīo-
ſa regina mundi īterce-
de pro nobis ad dn̄m.
Kyriel. Xp̄el. Kyriel.
℣. Dn̄e exaudi. ℟. &
clamor. Orem'. ORATIO.
C Oncede nos fa-
mulos tuos queſu-
mus dn̄e deus perpetua

mentis et corporis ſanita-
te gaudere et glorioſa be-
atæ mariæ ſemper uirgĩs
interceſſione a pñti libe-
rari triſticia et æterna ꝑ-
frui læticia. Per chriſtũ
dñm nrm. ℞ Amen. De
ſanctis Añ. Scĩ dei oms. etc.
℣ Letamini ĩ dño. ℞ Et
gloriamĩ. Oremus. Orones.
Protege dñe populũ. et
Omnes ſcĩ tui. Et pacẽ
tuam. Require ſup in laudes.

AD COMPLETORIVM. ℣.



Conuerte nos deus salutaris nr̃. ℞. Et auerte irã tuam á nobis. ℣ Deus ĩ adiutorium meum ĩtende. ℞. Dñe ad adiuuã

dum me feſtina. Gl'ia
pri. all'a. PSALMVS.
SÆpe expugnaue-
runt me á iuuen-
tute mea: dicat nūc iſrl'.
Sæpe expugnauerunt
me á iuuentute mea: ete=
nim non potuerunt mihi.
Supra dorſum meū fa-
bricauerunt peccatores
prolongauerunt īiqui-
tatem ſuam. Dn̄s iuſt⁹
concidet ceruices pec-

catorum confundantū
et conuertantur retror-
ſum: om̄s qui oderunt
ſyon. Fiant ſic foenum
tectorum: quod priuſq̄
euellatur exaruit. De q°
nō impleuit manū ſuaʒ
qui metet: et ſinū ſuuʒ
qui manipulos colligit.
Et non dixerunt q̄ prę-
teribant: bn̄dictio dn̄i
ſuper uos: bn̄diximꝰ uo-
bis ī noīe dn̄i. Gl̄ia. ps.

De profundis clamaui ad te dñe: dñe exaudi uocem meã. Fiant aures tuæ intẽdẽtes in uocem deprecationis meæ. Si iniquitates obſeruaueris dñe: dñe quis ſuſtinebit? Quia apud te propitiatio eſt et propter legem tuã ſuſtinui te dñe. Suſtinuit anima mea in uerbo eiꝰ ſperauit anima mea in

dño. A cuſtodia matu-
tina uſq; ad noctem ſpe-
ret iſrael ĩ dño. Quia
apud dñm mĩa et copi-
oſa apud eum redẽptio.
Et ipẽ redimet iſrael ex
omnibus iniquitatibus
eius. Gloria. pſalmus d.

Domine non eſt
exaltatum cor
meum: neq; elati ſunt
oculi mei. Neq; ambu-
laui in magnis: neq; in

mirabilibus ſup̱ me. Si
non humiliter ſentiebã
ſed exaltaui animã me-
am. Sicut ablactatus
eſt ſup matrem ſuã: ita
retributio in aĩa mea.
Speret iſrael in dño: ex
hoc nunc et uſq̄ ĩ ſecu-
lum. Gloria. Hymnus.
MEmento ſalutis
auctor. et c̄. Re-
quire ſup̄ ad primã. Capl̄m.
EGo mater pulcrę

dilec tionis et timoris
et magnitudis et săc tę
ſpei. ℟. Deo grãs ℣. Ora
pro nobis ſcã dei geĩtrix.
℟. Vt digni efficiamur
promiſſionibus chriſti.
Añ. Sub tuum præſidi-
um. Canticum ſci ſymeonis.

NVnc dimittis ſer-
uum tuum: dñe
ſecundum uerbum tuũ
in pace. Quia uiderũt
oculi mei ſalutare tuũ.

Quod paraſti ante faci-
em omnium populorum.
Lumen ad reuelationeʒ
gentium et gloriam ple-
bis tuæ iſrael. Gloria.
Añ. Sub tuum præſidiũ
confugimus ſcã dei geni-
trix nrãs depræcationes
ne deſpicias in neceſſita-
tibus nr̃is ſed á periculis
cunctis libera nos ſemper
uirgo glorioſa bñdicta.
Kyriel. Xpel. Kyriel.

℣. Dñe exaudi. ℟. Et clamor. Orem⁹. ORATIO.

BEatæ et glorioſæ ſemperq̃ uirgĩs mariæ queſum⁹ dñe ĩterceſſio glorioſa nos protegat: et ad uitam perducat æternam. ℟. Amen. Pro ſanctis A. ñ Sc̃i dei om̃s. ℣. Letami ĩ dño. ℟. Et gloriami. Oremus. oro Exaudi nos deus Require s̃ ad primã Om̃s ſancti tui. Et pacẽ.

Requíre ſup̃ ad laudes. Saluto.

SAlue regína mĩæ:
uita dulcedo: et ſpẽ
nr̃a ſalue: ad te clamam⁹
exules filij eue: ad te ſu-
ſpiramus: gementes et fle-
tes: ín hac lachrymarum
ualle: Eya ergo aduoca-
ta nr̃a illos tuos miſeri-
cordes oculos ad nos cõ-
uerte: et ieſum bñdictũ
fructum uentris tui nob
poſt hoc exilium oñde:

O clemens: o pia: o dul-
cis uirgo maria. ℣. Digna-
re me laudare te uirgo ſa-
crata. ℟. Da mihi uirtu-
tem contra hoſtes tuos.
Oremus. ORATIO.
OMnipotens ſempi-
terne deus: qui
glorioſę uirginis matris
mariæ corpus et animā:
ut dignum filij tui habi-
taculum effici mereretū
cooperante ſpū ſcō præ-

parasti: da ut cuius comme-
moratione lætamur eius
pia intercessione ab instan-
tibus malis et a morte per-
petua liberemur. Per eun-
dem christum dominum nostrum
R. Amen. Notandum est
quod quandocumque fit officium beatæ ma-
riæ uirginis agitur ordine et modo
prædicto: exceptis specialibus tem-
poribus in feriis ordinatis. A ue-
speris sabbati ante primam dominicam
de aduentu usque ad uesperas uigiliæ

natiuitatis dñi agit̃ officiũ btæ
mariæ ordĩe et mõ ĩfraſcripto.
A d' ueſpas. ℣. Deus ĩ adiu-
torium meũ intende. et c̃.
Gloria pr̃i et c̃. all'a. Añ.
Miſſus ẽ. pſ. Dixit dominꝰ
Añ. Miſſus ẽ gabriel ange-
lus ad mariam uirginẽ de-
ſponſatam ioſeph. añ Aue
maria. pſ Laudate pueri.
Añ. Aue maria gr̃a plena
dñs tecum bñdicta tu in
mulieribus alleluya. Añ

Ne timeas. ps̄ Lætatus
ſum in his. et c̄. An̄ Ne ti-
meas maria inueniſti graꝫ
apud dn̄m: ecce concipi-
es et paries filiū all'a. An̄.
Dabit ei. ps̄. Niſi dn̄s edi-
ficauerit et c̄. An̄ Dabit ei
dn̄s deus ſedē dauid pa-
tris eiꝰ: et regnabit ī æter-
num. An̄ Ecce ancilla.
ps̄. Lauda ierl'm dn̄m.
An̄ Ecce ācilla dn̄i fiat
mihi ſcd'm uerbū tuū. Cap̄.

EGredietur uirga
de radice ieſſe: &
flos de radice eiꝰ aſcẽdet:
et requieſcet ſuper eũ ſp̃s
dñi. ℞. Deo grãs. ymnꝰ Aue
maris ſtella. ℣. Diffuſa ẽ
grã in labijs tuis. ℞. Propte-
rea bñdixit te deus ĩ æter-
num. Añ. Spũs ſcũs. Canti-
cũ uirgĩs. Magnificat aĩa
mea dñm. Añ. Spũs ſcũs
ĩ te deſcendet maria ne
timeas hẽbis ĩ utero filiuꝫ

dei all'a. Kyriel'. Xp̄el'. Kyriel'. V. Dn̄e exaudi. R. Et clamor. Orem⁹. Orat̄o.

Deus qui de beatæ mariæ uirginis utero uerbum tuum angelo nunciante: carnem ſuſcipere uoluiſti: preſta ſupplicibus tuis: ut qui uere eam dei gēitricem credimus: ei⁹ apud te interceſſionibus adiuuemur. Per eundē chriſtū dn̄m nr̄m.

℟ Amen. pro ſcīs añ Ecce
dn̄s ueniet: et omnes ſci
eiꝰ cum eo. et erit in die
illa lux magna all'a. ℣.
Ecce apparebit dn̄s ſu-
per nubem candidam. ℟
Et cum eo ſcōrum milia.
Oremus. ORATIO.
Conſcientias nr̄as
queſumus dn̄e
uiſitando purifica: ut ue-
niens ieſus chriſtus filius
tuus dn̄s nr̄ cum omnibꝰ

ſanctis paratam ſibi in
nobis inueniat manſioẽ3.
Qui tecum uiuit et Re-
gnat inunitate ſp̃us ſc̃i
deus. per omnia ſecula ſe-
culorum. ℞. Amen. ℣.
Dñe exaudi. ℞. & cla-
mor. ℣ Bñdicamus dño.
℞. Deo grãs. ℣. Fidelium
animæ per miſericordiã
dei requieſcant in pace
℞. Amen. ℣. Et diuinũ
auxilium maneat ſemp̱

nobiſcũ

nobiscum. ℟. Amē. Ad
cōpletorium ℣. Cōuerte nos.
℟. Et auerte. ℣. Deus in
adiutorium. ℟. Dn̄e ad
adiuuandū. ps. Sæpe
expugnauer̄t. Deprofun-
dis Dn̄e nō est. ym⁹. Memē-
to salutis. CAPITVLV̄.
ECce uirgo cōcipi-
et et pariet filiuꝫ
et uocabitur nomen eiꝰ
emanuel: butirum et mel
comedet: ut sciat repro-

bare malū et eligē bonū.
℞. Deo grās. ℣. Angelꝰ do-
mini nūciauit mariæ. ℞.
Et cōcepit de ſpū ſcō. Añ.
Spſ ſcūs. Cātic. Nūc dim-
ittis. Añ Spūs ſcūs ī te de-
ſcendet maria ne timeas
hēbis in utero filiū dei
alla. Kyriel. Xpel. Ky-
riel. ℣. Dñe exaudi. ℞. Et
clamor. Oremꝰ. oro Deus q
de btæ. Pro ſcīs añ. Ecce do-
minꝰ ueiet. ℣. Ecce appa-

rebit. Oremus oro. Cõſcie-
tias nr̃as. Salue regina. Ad
matꝫ. ℣. Dñe labia mea. ℟.
Et os meũ. ℣. Deus ĩ adiu-
torium. Inui. Aue maria. ps.
Venite hyñ Quem terra
Iſti tres pſalmi dicuntur die do-
mĩco die lune et die iouis. cum
ſuis añis. Añ. Bñdicta tu. ps.
Dñe dñs nr̃. ℣. Bñdicta
tu in mulieribꝫ. ℟. Et be-
nedictus fructus uẽtris
tui. añ. Sicut myrrha. ps.

Coeli enarrant. Añ. Sic
myrrha electa odorem
dediſti ſuauitatis ſācta
dei gēitrix Añ. Ante thoꝝ.
ps Dñi ē terra. Añ. Ante t
thorum hui⁹ uirginis fre-
quentate nobis dulcia cā-
tica dragmatis. Iſti tres psal-
mi cū ſuis añis dicuntur die mar-
tis et die ueneris añ. Spē tua
ps Eructauit añ Specie
tua et pulchritudīe tua
intende proſpere proced'

et regna Añ Adiuuabit.
ps̃. Deus nr̃. Añ Adiuua-
bit eam deus uultu ſuo
deus ĩ medio eiꝰ nõ cõmo-
uebitur Añ Sicut lætã-
tium. ps̃. Fundamẽta. Añ
Sicut lætantium oĩum
nr̃m hĩtatio ẽ ĩ te ſcã dei
geĩtrix. Iſti tres pſalmi cũ ſuis
añis dicũtur die mercurij et die
ſabbati añ. Gaude maria.
ps̃. Cãtate. i. Añ. Gaude
maria uirgo cunctas he-

reſes ſola interemiſti in
uniuerſo mundo An̄ Di-
gnare me .ps̄. Dn̄s regna-
uit exultet. An̄ Dignare
me laudare te uirgo sac̄-
ta: da mihi uirtutem cō-
tra hoſtes tuos. an̄ Ange-
lus dn̄i. ps̄. Cantate dn̄o
An̄. Angelus dn̄i nuncia-
uit mariæ: et concepit de
ſpū ſcō. ℣. Diffuſa ē grā
in labijs tuis. ℟. Propte-
rea bn̄dixit te deus in

æternum. Pater nr̄. ſub-
ſilētio ℣. Et ne nos. ℟ Sed
libera. Abſolutīo. Precibus
et meritis btæ mariæ ū-
ginis et omium ſcōrum
perducat nos dn̄s ad re
gna coelorum. ℟ Amen.
℣. Iube dōne bn̄dicere. +
Bn̄dictīo. Nos cum prole +
pia bn̄dicat uirgo maria
℟ Amen. Lectio Prima.
MIſſus eſt angelus
gabriel a deo inci-

uitatem galileæ: cui nom̄
nazareth: ad uirginē de-
ſponſatam uiro: cui nom̄
erat ioſeph: de domo da-
uid: et nomen uirḡis ma-
ria. Et ingreſſus angelꝰ
ad eam dixit. Aue grā
plena dn̄s tecū: bn̄dic-
ta tu in mulieribus. Tu
autem dn̄e nr̄i miſerere.
℟. Deo grās. ℟. Miſſus
ē gabriel angelus ad ma-
riam uirginē deſpōſatā

ioſeph: nuncians ei uẽbũ:
et expaueſcit uirgo de
luĩe: ne timeas maria in-
ueniſti grãm apud dñz.
Ecce concipies et paries
filiũ: et uocabitur altiſſi-
mi filius. V. Dabit ei do-
minus deus ſedẽ dauid
pr̃is ei⁹ et regnabit ĩ do-
mo iacob in æternum.
Ecce cõcipies. Lectio. ij.
QVæ cum audiſſet
turbata eſt ĩ ſer-

mone eiꝰ: et cogitabat q̄
lis eſſet iſta ſalutatio Et
ait angelus ei. Ne time-
as maria inueniſti enim
grām apud dn̄m. Ecce
cōcipies ī utero: et paries
filiū: et uocabis nom̄ eiꝰ
ieſū Hic erit magnus &
filius altiſſimi uocabitur
Et dabit illi dn̄s deꝰ ſe-
dem dauid pr̄is eius: &
regnabit ī domo iacob ī
æternū et regni eiꝰ non

erit finis. Tu autem dn̄e
nr̄i miſerere. ℟. Deo grās.
℟. Aue maria grā plena
dn̄s tecum. Sp̄s ſcūs ſup-
ueniet in te: et uirtus altiſ-
ſimi obumbrabit tibi: qđ
enim ex te naſcetur ſcm̄
uocabitur filius dei. ℣.
Quomō fiet iſtud āgele
dei: quoniā uirꝫ nō cogⁿ-
ſco? Et rn̄dens angelus
dixit ei. Sp̄s ſcūs. ℣. Iu-
be domne benedicere.

Bñdictio. Per uirginē ma-
trem concedat nobis doꝰ
ſalutem et pacem. ℟. Am̄.
DIxit aūt / Lectio .iij.ª
maria ad angelū
Quomō fiet iſtud qm̄ ui-
rum nō cognoſco? Et ꝛ
rn̄dens angelus dixit ei.
Spūs ſcūs ſupueniet ĩ te.
et uirtus altiſſimi obū-
brabit tibi. Ideoq et qđ
naſcetur ex te ſcūm uoca-
bitur filius dei. Et ecce

helyſabeth cognata tua
et ipſa concepit filiũ ĩ ſe-
nectute ſua: et hic mẽſis
eſt ſextis illi: quæ uoca-
tur ſterilis: quia nõ erit
ĩpoſſibile apud deũ omẽ
uerbum. Dixit aũt maĩa
ad angelũ. Ecce ancilla
dñi fiat mihi ſecũdũ uer-
bum tuũ. Tu aũt dñe no-
ſtri miſerere. ℟ Deo grãs.
℟ Suſcipe uerbũ uirgo
maria: qđ tibi a dño per

angelum tranſmiſſũ eſt.
cõcipies et paries deũ pa-
riter et hõiem. Vt bñdic-
ta dicaris inter oms̃ mu-
lieres. ℣. Paries quidẽ fi-
liũ et uirginitatis nõ pa-
tieris detrimẽtũ: efficieris
grauida: et eris mr̃ ſemp
ĩtacta. Vt bñdicta dica-
ris ĩter oms̃ mulieris. Glo-
ria pr̃i et filio et ſpiritui
ſcõ. Vt bñdicta dicaris.
ĩter oms̃ muliers. Ad laudes

℣. Deus ĩ adiutoriũ. Añ.
Miſſus ẽ. ps Dn̄s regnauit
Añ. Miſſus ẽ gabriel angelꝰ
ad mariam uirgĩem de=
ſponſatam ioſeph. Añ Aue
maria. ps Iubilate deo. Añ.
Aue maria gr̃a plena doꝰ
tecum. bn̄dicta tu ĩ muli-
eribus all'a. Añ Ne timeas.
ps. Deus deus meus. Añ.
Ne timeas maria: ĩueiſti
gr̃am apud dn̄m: ecce cõ-
cipies et paries filiũ al'.

Añ. Dabit ei. ps Bñdici
te oĩa Añ Dabit ei dñs
deus ſedem dauid pris
eius: et regnabit ĩ æter-
num. Añ Ecce ancilla. ps
Laudate dñm de cęlis.
Añ. Ecce ancilla dñi fiat
mihi ſecũdum uerbũ tu-
um. Caplm Egrediet uir-
ga de radice ieſſe: et flos
de radice eiꝰ aſcendet: et
requieſcet ſuper eũ ſpũs
dñi. ℟. Deo grãs. ymnus.

O glorioſa dn̄a. etc. V̸.
Bn̄dicta tu ī mulieribus
R̸. Et bn̄dictus fructus
uentris tui. an̄ Sp̄us ſcūs
Cāticum. Bn̄dictus dn̄s deꝰ
iſrael. an̄ Sp̄us ſcūs ī te d-
ſcendet maria: ne timeas
hēbis in utero filiū dei.
all'a. Kyriel. X p̄el. Ky
riel. V̸. Dn̄e exaudi. R̸.
Et clamor. Oremꝰ. oro Deꝰ
qui de btǽ etc. an̄ Ecce
dn̄s ueniet etc. oro. C ō-

ſcientias. Ad pª. ℣. Deus in
adiutorium. ymn⁹. Memē-
to. Añ. Miſſus ē. ps̄. De⁹
ĩ noīe tuo. ps̄. Bñdixiſti.
ps̄ Laudate dñm oms ge-
tes. Añ. Miſſus eſt gabri-
el angelus ad mariā uir-
ginē deſpōſatam ioſeph.
Ecce uirgo. Cap.
Ecōcipiet. ℟. Deo
grãs. Kyriel. Xpel. Ky-
riel. ℣. Dñe exaudi. ℟.
Et clamor. Orem⁹. oro De⁹

qui de btæ. oro Conſcie-
tias. Ad iij.as V. Deus ĩ adiu-
torium. ymn? Memēto. Añ.
Aue maria. ps. Ad dñm
cum tribularer. ps Leuaui
ps Letatus. Añ. Aue maīa
grā plena dñs tecū bndi-
cta tu in mulieribus alla.
Cap. Egredietur. R. Deo
grās. V. Diffuſa ē grā in
labijs tuis. R. Propterea
bñdixit te deus in æter-
num. Kyriel. Xpel. Ky-

riel. ℣. Dñe exaudi. ℟. &
clamor. Oremꝰ. orō. Deꝰ q̄
de beatæ. añ Ecce dñs ue-
niet. orō. Conſcientias. Ad
ſextam ℣. Deus ĩ adiuto-
rium. ymnꝰ. Memento. Añ.
Ne timeas. p̄s. Ad te leua-
ui. p̄s Niſi quia dñs. p̄s.
Qui confidunt. Añ. Ne
timeas maria inueniſti
gratiam apud dñm: ec=
ce concipies et paries fi-
lium alla. Añ. Dabitꝫ

ci dn̄s deus ſedem dauid
pr̄is ei⁹ et regnabit ī domo
iacob in æternum et re-
gni eius nō erit finis. ℟.
Bn̄dicta tu in mulierib⁹
℣. Et benedictus fruct⁹
uentris tui. Kyriel. Xpe-
leiſon. Kyriel. ℣. Domine
exaudi. ℟. Et clamor. et.
Oremus. orō. Deus qui de
btæ. An̄. Ecce dn̄s. Cō-
ſcientias. Ad nonā ℣. Deus
in adiutorium. hymn⁹

Memento. Añ. Ecce an-
cilla. ps In conuertẽdo.
ps. Niſi dñs. ps. Bti oms
Añ. Ecce ancilla domĩ
fiat mihi ſecũdum uẽbũ
tuum. Añ. Ecce uirgo ꝯ-
cipiet. ℟. Deo grãs. ℣. An-
gelus dñi nunciauit ma-
riæ. ℟. Et concepit de
ſpũ ſcõ. Kyriel. Xpel.
Kyriel. ℣. Dñe exaudi.
℟. Et clamor. Oremꝰ oro.
Deus qui de btæ. Añ.

Ecce dn̄s. ℣. Ecce appar-
bit. ℟. Et cum eo. Oremꝰ.
orō Conſcientias. A ueſperis
uigiliæ natiuitatis dn̄i uſq; ad ue-
ſperas purificationis dr̄ īfraſcripta
orō. ad om̄s horas: additis orōnibꝰ
illis de ap̄lis. Deꝰ q ſalutis.
Item antiphōa iſta īfraſcripta dr̄
ad. Dix̄ doꝰ. et ad Dn̄s reg^a^-
uit. & ad primā an̄t. O ad-
mirabile commertiū: crea-
tor gn̄is humani an̄iatū
corpus ſumens: de uirgīe

naſci dignatus ē et pro-
cedens homo ſine ſemīe:
largitus ē nobis ſuā dei-
tatem. Item antiphōa īfraſcri-
pta dr̄ ad Laudate pueri.
ad Iubilate. et ad tertiam ℟
Qn̄ natus es ineffabilr̄
ex uirgīe: tunc īpletæ
ſunt ſcripture: ſic pluuia
in uellus deſcendiſti: ut
ſaluum faceres gen⁹ hu-
manum: te laudam⁹ de⁹
nr̄. Itē antiphōa īfraſcripta dr̄

ad Letatus ſum in ueſperis
et ad Deus deus meus -
et ad ſextam. Rubum quē
uiderat moyſes ĩcombu-
ſtum: conſeruatam agno-
uimus tuam laudabilē
uirginitatē dei gẽitrix ĩ-
tercede pro nobis. Et an-
tiphona infraſcripta dr̄ ad ps.m
Niſi dn̄s edificauerit -
in ueſpis et ad Bn̄dicite t
omnia An̄. Germinauit
radix yeſſe: orta ē ſtel-

la ex iacob: uirgo pepit
ſaluatorem: te laudamus
deus nr̃. Et antiphona ĩfra-
ſcripta dr̃ ad. Lauda irl̃m.
et ad Laudate dn̄z d̕ cęlꝰ.
et ad nonam. Ecce maria
genuit nobis ſaluatorē:
quem ioannes uidens ex-
clamauit dicens: ecce
agnus dei: ecce qui tollit
peccata mundi allelu-
ia. Ad bn̄dic̄ an̄ Mirabile
miſterium declaratur

hodie innouantur natu-
ræ: deus homo factus e̅:
id qđ fuit permanſit: et
quod non erat aſſu̅pſit
non co̅mixtionem paſſꝰ
neq; diuiſionem. Ad ma-
gnificat et ad nunc dimittis an̅.
Magnum hereditatis ·
miſterium: templum dei
factus eſt uterus neſci-
ens uirum: non eſt pol-
lutus ex ea carnem aſ-
ſumens omnes gentes


uenient: dicentes: gl'ia
tibi domine. Ad ueſperis
ſabbati ſancti uſq; ad ueſpe-
ras aſcenſionis dicitur infra-
ſcripta antiphona: ad bene-
dictus ad magnificat et ad
nunc dimittis an̄. Regina
coeli: lætare alleluya:
quia quem meruiſti †
portare alleluya: reſur̄re-
xit ſic̄ dixit all'a: ora p̱
nobis deū all'a.

Explicit officiū btæ uirḡis.



VIR·
·MA·

MISSA BEATÆ MA
RIAE SEMPER VIR
GINIS INTRO
ITVS



Alue ſancta parens
enixa puerpera regem:
qui coelum terramq̄



regit in ſecula ſæculoꝝ
Virgo dei genitrix quem
totus non capit orbis in
tua ſe clauſit uiſcera fa-
ctus hō. Gloria pr̄i. Sic
erat. Introitꝰ. Salue ſanc̄ta
parens. Kyriel̄. Kyriel̄.
Kyriel̄. Xp̄el̄. Xp̄el̄. Xp̄e
leiſon. Kyriel̄. Kyrielei-
ſon. Kyriel̄. Cantꝰ āgelicus.
GLoria in excelſis
deo. Et in terra
pax hominibus bone uo-

luntatis. Laudamus te.
Benedicimus te. Adora-
mus te. Glorificamus te.
Gratias agimus tibi pro-
pter magnam gloriã tuã.
Dñe deus rex cæleſtis +
deus pater omnipotens.
Dñe fili unigẽite ieſu +
xp̃e. Dñe deus agnꝰ dei
filius patris. Qui tollis
peccata mundi miſerer̃
nobis. Qui tollis pecca-
ta mundi ſuſcipe depre-

cationẽ nr̃am. Qui ſedes
ad dexteram pr̃is miſerẽ
nobis. Qm̃ tu ſolus ſcũs.
Tu ſolus dñs. Tu ſolus
altiſſimus ieſu xp̃e. Cũ
ſcõ ſpũ in gloria dei pa-
tris. Amen. ORATIO

Concede nos famu-
los tuos qs̃ dñe ⁊
deus perpetua mentis et
corporis ſanitate gaude-
re et glorioſa beatæ ma-
riæ ſemper uirgĩs inter-

ceſſione á pñti liberari tri-
ſticia. et æterna perfrui ł
læticia. Per dominum.
Lectio libri ſapientiæ.
AB initio et ante ſæ-
cula creata ſũ. &
uſq; ad futurum ſæculũ
non deſinam et in habi-
tatione ſcã coram ipõ mi-
niſtraui. Et ſic in ſyon
firmata ſum et ĩ ciuita-
te ſcĩficata ſimil'r requi-
eui. Et in hierl'm pote-

ſtas mea. Et radicaui ĩ
populo honorificato et ĩ
partes dei mei hereditas
illius et in plenitudĩe sã-
ctorum detentio mea. ✝
G℟. Benedicta et uene-
rabilis es uirgo maria quę
ſine tactu pudoris ĩuen-
ta es mater ſaluatoris ℣.
Virgo dei gẽitrix quẽ to-
tus non capit orbis. ĩ tua
ſe clauſit uiſcera factus
hõ. allã. ℣. Virga ieſſe ✝

floruit uirgo deum et ho-
minem genuit. pacem deo
reddidit in ſe reconcilia͂s
yma ſũmis. aliꝰ ℣. Poſt pa͂
tum uirgo inuiolata per-
manſiſti dei ge͂itrix ĩter-
cede pro nobis. A ſeptua-
geſima uſq; ad paſca Tractus.
Gaude maria uirgo cun-
ctas hereſes ſola interemi-
ſti. ℣. Quæ gabrielis ar-
changeli dictis credidi-
ſti. ℣. Dum uirgo deum

et hominē genuiſti. &
poſt partum uirgo inuio-
lata permanſiſti. ℣. Dei
genitrix intercede pro no-
bis. SEQVENTIA SANC-
TI EVANGELII ſm lucam.
IN illo tempore lo-
quente ieſu ad tur-
bas. Extollens uocem q̄-
dam mulier de turba di-
xit illi Beatus uenter q
te portauit et ubera q̄
ſuxiſti. At ille dixit.

Quinĩmo. Btĩ qui audi-
unt uerbum dei. et cuſto-
diunt illud. Simbolum.
CRedo in unũ de-
um: patrem omni-
potentem factorem coeli
et terræ uiſibiliũ omniũ
et inuiſibilium. Et ĩ unũ
dñm ieſum chriſtum fi-
lium dei unigẽitum. Et
ex prẽ natum ante omĩa
ſæcula. Deum de deo lu-
men de lumĩe: deũ uerũ

de deo uero. Genitū nō
factum cum ſubſtātialē
pr̄i per quem omnia fac-
ta ſūt. Qui propter nos
homīes et propter nr̄ām
ſalutem. deſcendit de cę-
lis. Et incarnatus ē de ſpi-
ritu ſcō ex maria uirgīe
et hō factus ē. Crucifi-
xus etiam pro nobis ſub
pontio pilato paſſus &
ſepultus eſt. Et reſūre-
xit tertia die ſecūdum

ſcripturas.

ſcripturas. Et aſcendit
in coelum ſedet ad dex-
teram p̃ris. Et iterũ uen-
turus ẽ cum gloria iudi-
care uiuos et mortuos: cu-
ius regni non erit finis. et
in ſp̃m ſanctũ dñm et ui-
uificantem. Qui ex p̃re
filioq; procedit: qui cum
p̃re et filio ſimul adora-
tur et conglorificatur. Qi
locutus ẽ per prophetas.
Et unam ſcãm catholi-

cam et apticam ecclīam.
Confiteor unum baptiſ-
ma in remiſſionem pecca-
torum. Et expecto reſur-
rectionem mortuorum et
uitam uenturi ſeculi am̄.
Offr. Foelix namq; es ſa-
cra uirgo maria et omni
laude digniſſima quia
ex te ortus ē ſol iuſticiæ
chriſtus deus nr̄ nr̄ al.
Tua dn̄e propitia-
tione et btæ maię

ſemper uirgĩs interceſſi-
one ad perpetuam atqꝫ t
pn̄tem hec oblatio nob̄
proficiat proſperitatem
et pacem. Per dn̄m nr̄m
ieſum xp̄m filium tuuꝫ
Qui tecum uiuit et re-
gnat in unitate ſp̄s ſc̄i
deus per omnia ſecula
ſeculorum amen. Sc̄us
Sc̄us Sc̄us dn̄s deus ſab-
baoth. Pleni ſunt coeli
et terra gl̄ia tua oſan̄a

in excelſis. Benedictus
qui uẽit in noĩe dñi oſã-
na ĩ excelſis. Agnꝰ dei
qui tollis peccata mũdi
miſerere nobis. Agnus dĩ
qui tollis peccata mũdi
miſerẽ nobis. Agnus dei
qui tollis peccata mũdi
dona nobis pacem.
Btã uiſcera mariæ uirgi-
nis quæ portauerunt ꝛ
æterni pr̃is filium. Poſt
communio. ORATIO.

SVmptis dñe ſalu-
tis nr̃e ſubſidijs
da q̃s btæ mariæ ſempẽ
uirginis patrocinijs nos
ubiq̨ protegi ĩ cuiꝰ uene-
ratione hæc tuæ obtuli-
mus maieſtati. Per dñz
nr̃m ieſum xp̃m filiũ tu-
um. qui tecum uiuit et
regnat in unitate ſp̃us
ſc̃i deus per oĩa ſecula
ſæculorũ am̃. Initiũ ſc̃ti
euãgelij ſecũdũ ioannem.

Gloria tibi domine.

IN principio erat uerbum et uerbũ erat apud deum et deꝰ erat uerbũ hoc erat ĩ principio apud deũ. Omnia per ipm̃ facta ſunt et ſine ip̃o factum ẽ nihil.


Quod factũ ẽ in ipſo uita erat et uita erat lux hominũ et lux in tenebris lucet. et tenebre eã non comprehẽderunt.

Fuit homo miſſus á deo
cui nom̃ erat ioãnes. hic
uenit ĩ teſtimoniũ ut te-
ſtimonium perhiberet
de lumĩe: ut om̃s crede-
rent per illũ. Non erat
ille lux ſed ut teſtimoĩ-
um perhiberet de lumi-
ne. Erat lux uera quæ
illuminat omnem homi-
nem uenientem ĩ hunc
mundum. In mundo
erat et mundus per ip̃ȝ

factus eſt et mundus eũ
non cognouit. In propͥa
uenit et ſui eum nõ rece-
perunt. Quotquot at̃
receperunt eum dedit
eis poteſtatem filios dei
fieri. His qui credunt ĩ
noĩe eiꝰ. Qui non ex ſan-
guinibus. neqꝫ ex uolup-
tate carnis: neqꝫ ex uolũ-
tate uiri ſed ex deo na-
ti ſunt. Et uerbum caro
factum eſt. et habitauit

in nobis Et uidimus glo-
riam eius gloriam quasi
unigeniti á pr̃ę plenuȝ
gratiæ et ueritatis.

Deo gr̃as.



INCIPIT OFFICIVM DE
FVNCTORꝝ SECVNDVM
ROMANAE CVRIAE. ¶
AD VESPERAS. AN̄T.
Placebo domino. Ps̄.



DIlexi quoniam exaudi
uit dn̄s uocem oratiōis



meæ. Quia inclinauit
aurem ſuam mihi: et ī die-
bus meis inuocabo. Cir-
cundederunt me dolões
mortis: et pericula īferni
inuenerunt me. Tribula-
tionem et dolorem īueī:
et nomen domini īuoca-
ui. O dñe libera animaȝ
meā: miſericors dñs et iu-
ſtus et deus nr̄ miſeretᷣ.
Cuſtodiens paruulos
dñs: humiliatus ſū &

liberauit me. Conuertē
an̄iam meā in requiē tu-
am: quia dn̄s bn̄fecit ti-
bi. Quia eripuit animā
meā de morte: oculos me-
os á lachrymis: pedes me-
os á lapſu. Placebo dn̄o
in regione uiuorum. Re-
quiem æternam dona +
eis dn̄e. Et lux perpetua
luceat eis. An̄. Placebo +
dn̄o in regiōe uiuorum.
An̄. Heu mihi. pſalmus.

AD dñm cum tribu-
larer. Require ĩ of-
ficio dominę ad tertiam. Ant.
Heu mihi quia incolatus
meus prolongatus eſt. Añ.
Dñs. PSALMVS.
LEuaui oculos me-
os in mõtes. Requi-
re in officio dñę ad tertiam. añ.
Dñs cuſtodit te ab omĩ
malo cuſtodiat animaȝ
tuam dominus. añ Si ĩi-
quitates. PSALMVS.

DE profundis cla-
maui ad te dñe: t
dñe exaudi. &c. Require
in officio dñae ad cõpletorium.
Añ. Si iniquitates obſer-
uaueris dñe: dñe quis ſu-
ſtinebit. Añ. Opera Ps.
COnfitebor tibi do-
mine in toto cor-
de meo: qm̃ audiſti oĩa
uerba oris mei. In con-
ſpectu angelorum pſal-
lam tibi: adorabo ad te-

plum ſanc̄tū tuum: &
cõfitebor nõi tuo. Sup̄
miſericordia tua et ue-
ritate tua: qm̄ magnifi-
caſti ſuper omne nomẽ
ſãctum tuum. In quacū-
q̄ die inuocauero te ex-
audi me: multiplicabis
in aĩa mea uirtutem. Cõ-
fiteantur tibi dñe om̃s
reges terræ: quia audi-
erunt omnia uerba oris
mei. Et cantent in uijs

dñi: qm̃ magna eſt gl'ia
dñi. Qm̃ excelſus dñs:
et humilia reſpicit: et al-
ta á longe cognoſcit. Si
ambulauero in medio tri-
bulationis uiuificabis me
et ſuper iram inimicorũ
meorum extendiſti manũ
tuã: et ſaluum me fecit
dextera tua. Dñs retri-
buet pro me: dñe miſeri-
cordia tua in ſæculum:
opera manuum tuaruȝ

ne deſpicias. Requiē.
Añ. Opera manuum tua-
rum dñe ne deſpicias. ℣.
Audiui uocem de coelo
dicentem mihi. ℟. Scribe
bti mortui qui ĩ dño mo-
riuntur. A ñ. Ome. Ps.
MAgnificat anima
mea dñm. et c̃. Re-
quire in officio dnæ. ad ueſpe-
ras. Añ. Omne quod dat
mihi pater ad me ueniet:
et eum qui uenit ad me

non eijciam foras. Pater
noſter. ſecreto. ℣. Et ne
nos. ℟. Sed libera. Ps. 1
LAuda anima 10
mea dñm: lauda-
bo dñm in uita mea: pſal-
lam deo meo q̃diu fuero.
Nolite confidere in pri-
cipibus neq; in filijs hoi-
num: in quibus non eſt
ſalus. Exibit ſpūs eius: et
reuertetur in terram ſu-
am: in illa die peribunt

omnes cogitationes eo-
rum. Beatus cuius deꝰ
iacob adiutor eius ſpes
eius in dn̄o deo ip̃ius
qui fecit coelũ et terrã.
mare: et omnia quæ in
eis ſunt. Qui cuſtodit
ueritatem ĩ ſæculum: fa-
cit iudicium iniuriã pa-
cientibus: dat eſcam eſu-
rientibus. Dn̄s ſoluit +
compeditos: dn̄s illũiat
cecos. Dn̄s erigit eliſos:

dn̄s

dñs diligit iustos. Do-
minus cuſtodit aduẽas
pupillum et uiduam
ſuſcipiet: et uias pecca-
torum diſperdet. Re-
gnabit dñs in ſæcula:
deus tuus ſyon: in gña
tione et gñationem. Re-
quiem. ℣. A porta infe-
ri. ℟. Erue dñe animas
eorum. ℣. Requieſcant
in pace. ℟. Amen. ℣. Do-
mine exaudi. ℟. Et cla-

mor. Oremus. ORATIO

DEus qui inter apo-
ſtolicos ſacerdotes
famulos tuos pontificali
ſeu ſacerdotali feciſti di-
gnitate uigere: preſta qs
ut eorum quoq; p̄petuo
aggregentur cōſortio. or.

DEus ueniæ largi-
tor et humanæ
ſalutis amator: qs cle-
mentiam tuam ut noſtrę
congregationis fratres

ſorores propinquos &
benefactores nr̃os qui ex
hoc ſæculo tranſierunt:
btã maria ſemper uirgĩe
intercedente cum om ĩ
bus ſcĩs tuis ad perpe-
tuæ btitudinis conſorti-
um peruẽire cõcedas. oro

FIdelium deus &
omniũ conditor
et redemptor animab9
famulorum famularũ
q̃ tuarum remiſſioem

cunctorum tribue pecca-
torum ut indulgentiaꝫ
quam ſemper optauerũt
pijs ſupplicationibꝫ cõ-
ſequantur. Per dñm no-
ſtrũ ieſum chriſtũ filiũ
tuum. qui tecum uiuit
et regnat in unitate ſp̃s
ſcĩ deus per oĩa ſecula
ſeculorum amen ℣. Re-
quiem eternam. ℟. Et lux.
℣. Requieſcant ĩ pace.
℟. Amen. Ad matutinum

Inuitatorium. Regem cui omnia uiuunt. Venite ⁊ adoremus. Pſalmus dauid.



Enite exultemus dño: iubilemus deo ſalutari noſtro: preoccupemus ⁊ faciem eius in cõfeſſiõe

et in pſalmis iubilemus
ei. ℞. Regem cui omnia
uiuunt. Venite adoremꝰ
Qm̄ deus magnus dn̄s:
et rex magnus ſuper os̄
deos: qm̄ non repellet +
dn̄s plebem ſuam quia
in manu eius ſunt om̄s
fines terræ et altitudīes
montium ipſe conſpicit.
Venite adoremus. Qm̄
ipſius eſt mare et ipſe fe-
cit illud et aridā ſun-

dauer͞t manus eiꝰ: ueīte
adoremus et procidamꝰ
ante deum: ploremꝰ co-
ram dn̄o qui fecit nos:
quia ipē eſt dn̄s deus nr̄
nos autem populus eiꝰ
et oues paſcue eiꝰ. ℞ Re-
gem cui omnia uiuunt.
Venite adoremus. Ho-
die ſi uocem eius audi-
eritis nolite obdurare
corda ueſtra ſicut in
exacerbatiōe ſecūdū

diem temptationis in de-
ſerto: ubi temptauerūt
me patres ueſtri proba-
uerunt et uiderunt ope-
ra mea. ℟. Venite ado-
remus. Quadraginta ā-
nis proximus fui gñati-
oni huic: et dixi ſemper
hi errant corde ipi uō
non cognouerunt uias
meas quibus iuraui in
ira mea ſi introibūt in
requiem meam. ℟. Re-

gem cui omia uiuūt. Ve-
nite adoremus. Requi-
em æternam dona eis
dn̄e. et lux perpetua lu-
ceat eis. ℟. Venite ado-
remus. ℣. Regem cui oīa
uiuunt. ℟. Venite ado-
remus. Notandum q̄ isti
tres psalmi infrascripti dicun-
tur die dn̄ico die lune et die
iouis ad nocturnū cum suis
an̄is versiclis et lectionib⁹. In
primo noc̄ an̄. Dirige dn̄e. ps.

VErba mea auribꝰ
percipe dñe: intel-
lige clamorem meũ. In-
tende uoci orationis m̃ę
rex meus et deus meus.
Qm̃ ad te orabo dñe:
mane exaudies uocem
meam. Mane aſtabo
tibi et uidebo: qm̃ nõ deꝰ
uolens iniquitatem tu
es. Neq̧ h̃itabit iuxta
te malignus: neq̧ perma-
nebunt iniuſti ante ocu-

los tuos. Odiſti omnes
qui operantur iniquita-
tem perdes omnes qui lo-
quuntur mendacium. +
Virum ſanguinum et do-
loſum abhominabitur +
dn̄s: ego autem in multi-
tudine mīæ tuæ. Introi-
bo ī domum tuam: ado-
rabo ad templū ſanc̄ tū
tuum in timore tuo. Dn̄e
deduc me iniuſticia tua
propter inimicos meos.

dirige in conſpec tu tuo
uiam meam. Qm̄ nō eſt
in ore eorum ueritas: cor
eorum uanum ē. Sepul-
chrum patens eſt guttur
eorū: linguis ſuis doloſe
agebant: iudica illos deꝰ
Decidant a cogitatioibꝰ
ſuis: ſecundum multitu-
dinē impietatum eorum
expelle eos: qm̄ irritauerīt
te dñe. Et letentur om̄s
qui ſperant: in æternū

exultabunt: et habitabis
in eis. Et gloriabuntur
in te omnes: qui diligunt
nomẽ tuum: qm̃ tu bene-
dices iuſto. Dñe ut ſcuto
bonæ uoluntatis tuæ co-
ronaſti nos. Requiem. ✝
An̄. Dirige dñe deus meꝰ
in conſpectu tuo uiam me-
am. An̄. Conuertere. ps.
Domine ne in furo-
re tuo arguas me.
Require ĩ pſalmis penitentialibus.

primum pſalmū. Añ. Conuerte
dñe et eripe animā meam
qm̄ non eſt in morte qui
memor ſit tui. Añ. Ne qñ.

Domine deus | Ps
meus in te ſpera-
ui: ſaluum me fac: ex oīb
perſeq̄ntibus me libera et
me. Ne quando rapiat
ut leo animam meā: dū
non eſt qui redimat neq
qui ſaluum faciat. Do-
mīe de me ſi feci iſtud:

ſi eſt iniquitas in maĩbꝰ
meis. Si reddidi retribu-
entibus mihi mala: deci-
dam merito ab inimicis
meis inanis. Perſequat̃
inimicus aĩam meã: et cõ-
prehendat et conculcet
in terra uitam meam: et
gloriam meam in pulue-
rem deducat. Exurge
dñe in ira tua et exaltar̃
in finibus inimicorũ me-
orum. Exurge domine

deus meus ĩ precepto qđ
mandaſti et ſynagoga ⁊
populorum circundabit
te. Et propter hanc ĩ al-
tum regredere: dñs iudi-
cat populos. Iudica me
dñe ſecundũ iuſticiã me-
am et ſecũdum innocẽ-
tiam meã ſup̄ me. Cõſu-
metur nequitia peccatoꝝ
et diriges iuſtum ſcru-
tans corda et renes deꝰ.
Iuſtum adiutoriũ me-

um á dño: qui ſaluos fa-
cit rectos corde. Deus iu
dex iuſtus: fortis et paci-
ens: nunquid iraſcitur
per ſingulos dies. Niſi
conuerſi fueritis: gladiũ
ſuum uibrauit arcũ ſuũ
tetendit: et parauit illũ.
Et in eo parauit uaſa
mortis: ſagittas ſuas ardẽ-
tibus effecit. Ecce par-
turijt iniuſticiam cõce-
pit dolorem: et peperit

iniquitatem. Lacum aꝑ-
uit et effodit eum: et in-
cidit in foueam quã fe-
cit. Conuertetur dolor
eius in caput eius: et in
uerticem ipſius iniquitas
eius deſcendet. Confi-
tebor dño ſecundum iu-
ſticiam eius: et pſallam
nõi dñi altiſſimi. Re-
quiem. Añ. Ne quãdo
rapiat ut leo animam
meam dum nõ eſt qui

redimat neq; qui ſaluū
faciat ℣. A porta inferi ℟.
Erue dn̄e animas eorum.
Pater nr̄. ſecreto ℣. Et ne
nos ℟. Sed libera. Lec. pa
PArce mihi dn̄e ni
hil enim ſunt di
es mei. Quid ē hō quia
magnificas eum aut qd
apponis erga eū cor tuū.
Viſitas eum diluculo: t
et ſubito probas illum.
Vſq; quo non parcis m̄

nec dimittis me, ut glu-
tiam ſaliuam meã: pecca-
ui: quid faciam tibi o cu-
ſtos hoĩum. Quare poſu-
iſti me contrarium tibi: et
factus ſum mihi metip̃i
grauis. Cur non tollis
peccatum meum: et q̃re
nõ aufers iniquitatẽ me-
am. Ecce nunc ĩ pulue-
rem dormiam: et ſi mãe
me q̃ſieris non ſubſiſtã.
℟ Credo ꝙ redemptor

meus

meus uiuit et in nouiſſi-
mo die de terra ſurrectu-
rus ſum. Et in carne m̃a
uidebo deũ ſaluatorem
meum. ℣. Quem uiſurus
ſum ego ipẽ, nõ alius: et
oculi mei conſpecturi ſt̃.
Et ĩ carne. Lectio ſecunda.
TEdet animã meã
uitæ meæ. Dimit-
tam aduerſum me eloq-
um meũ. Loquar ĩ ama-
ritudine animæ meę: di-

cam deo noli me cõdem-
nare. Indica mihi cur me
ita iudices. Nunquid
bonum tibi uidetur: ſi ca-
lumnieris et opprimas me:
opus manuum tuarũ: &
conſilium impiorũ adiu-
ues. Nunquid oculi car-
nei tibi ſunt? aut ſicut
uidet hõ ita et tu uideb'.
Nunquid ſicut dies ho-
minis dies tui et anni tui
ſic humana ſunt tẽpora

Vt q̄ras iniquitatem me-
am: et peccatum meum
ſcruteris. Et ſcias quia
nihil impium fecerim: ⁊
cum ſit nemo qui de ma-
nu tua poſſit eruere. ℟.
Qui lazarum reſuſcita-
ſti á monumento fetidū.
Tu eis dn̄e dona requieꝫ
et locum indulgentiæ.
℣. Qui uenturus es iudi-
care uiuos et mortuos et
ſeculū per ignē. Tu eis.

MAnus tuæ / Lc.iij.ª
dñe fecerunt me
et plaſmauerunt me to-
tum in circuitu: et ſic re-
pente precipitas me. Me-
mento quæſo ꝙ ſic lutũ
feceris me. Non ne ſicut
lac mulſiſti me: et ſicut
caſeum me coagulaſti:
Pelle et carne ueſtiſti
me: oſſibus et neruis cõ-
pegiſti me: uitam et miãꝫ
tribuiſti mihi: et uiſita-

tio tua cuſtodiuit ſpm̄
meum. ℞. Dn̄e qn̄ uene-
ris iudicare terram ubi
me ab ſcondam á uultu
iræ tuæ. Quia peccaui
nimis in uita mea. ℣. Cō-
miſſa mea paueſco: et ā-
te te erubeſco: dum ue-
neris iudicare noli me
condemnare. Quia pec-
caui. Requiem æternā
dona eis dn̄e: et lux per-
petua luceat eis. Quia.

Notandum q̄ iſti tres pſalmi in-
fraſcripti dicuntur ſemper die mā-
tis et die ueneris cū̃ ſuis añis ꝟ.lis
et lectionibus ad nocturnū̃. In
ſecundo nocturno añ. In loco
paſcue. Pſalmus dauid.
Dominus regit me
et nihil mihi de-
erit: in loco paſcue ibi
me collocauit. Super
aquam refectionis edu-
cauit me: animā̃ meā̃ cō-
uertit. Deduxit me ſup

ſemitas íuſticiæ propter
nomen ſuum. Nam et ſi
am et ſi ambulauero in
medio umbræ mortis nõ
timebo mala: qm̃ tu me-
cum es. Virga tua et ba-
culus tuus ipſa me cõſo-
lata ſunt. Paraſti in cõ-
ſpectu meo menſam: ad-
uerſus eos qui tribulãt
me. Impinguaſti in oleo
caput meum: et calix
meus inebrians q̃ præ-

clarus ē. Et mīa tua ſb-
ſequatur me: oībus dieb⁹
uitæ meæ. Vt inhabitē
in domo dn̄i in longitu-
dinē dierum. Requiem.
Añ. In loco paſcue ibi
me collocauit. Añ. Deli-
cta. PSALMVS.
AD te leuaui aī-
mam meā: deus
meus in te confido: nō
erubeſcam. Neq̧ irride
ant me inimici mei: et-

enim uniuerſi qui ſu-
ſtinent te non confūdē-
tur. Confundantur ōs
iniqua agentes: ſuꝑua-
cue. Vias tuas dn̄e dem-
onſtra mihi: et ſemitas
tuas edoce me. Dirige
me in ueritate tua: &
doce me quia tu es deꝰ
ſaluator meus, et te ſu-
ſtinui tota die. Remī-
ſcere miſerationū tuaꝝ
dn̄e: & miſericordiarū

tuarũ: quæ á ſeculo ſũt.
Delicta iuuentutis meę
et ignorantias meas ne
memineris. Secundum
mĩam tuam dñe memen-
to mei tu: propter boni-
tatẽ tuã dñe. Dulcis et
rectus dñs propter hoc
legem dabit delinquẽ-
tibus in uia. Diriget
manſuetos in iudicio:
docebit mittes uias ſuas.
Vniuerſæ uiæ dñi mi-

ſericordia et ueritas
requirentibus teſtamen-
tum eius: et teſtimonia
eiꝰ. Propter nom̄ tuum
dñe propitiaberis pec-
cato meo: multum ē eim̄
Quis ē hō qui timet do-
minum: legem ſtatuit
ei in uia quam elegit. +
Anima eiꝰ in bonis de-
morabitur: et ſemen eiꝰ
hereditabit terram. Fir-
mamentum eſt dñs ti-

mentibus eum: et teſta-
mentum ipſius ut mani-
feſtetur illis. Oculi mei
ſemp ad dn̄m: qm̄ ipſe
euellet de laqueo pedes
meos. Reſpice in me &
miſerere mei: quia unic⁹
et pauper ſum ego. Tri-
bulationes cordis mei
multiplicatę ſunt: de
neceſſitatibus meis erue
me. Vide humilitatem
meam et laborem meū:

et dimitte uniuerſa de-
licta mea. Reſpice inimi-
cos meos qm̄ multiplica-
ti ſunt: et odio iniquo ⁊
oderunt me. Cuſtodi aī-
mam meam et erue me:
non erubeſcam qm̄ ſꝑa-
ui in te. Innocentes et
recti adheſerunt mihi:
quia ſubſtinui te. Libe-
ra deus iſrael ex omnibꝰ
tribulationibus ſuis. Re-
quiem añ. Delicta iuuē-

tutis meæ: et ignorantias
meas ne memineris. An̄.
Credo uidere. Pſalmus.
DOminus illumīa-
tio mea et ſalus ⁊
mea quem timebo. Dn̄s
protector uitæ meæ: á
quo trepidabo. Dum ap-
propiant ſuper me no-
centes ut edant carnes
meas. Qui tribulant ⁊
me inimici mei: ipſi īfir-
mati ſunt et ceciderūt.

Si conſiſtant aduerſū
me caſtra non timebit ⁊
cor meum. Si exurgat
aduerſum me proeliuꝫ
in hoc ego ſperabo. Vnā
petij a dn̄o: hanc requirā
ut inhabitem ī domo do-
mini omnibus dieb' uitæ
meæ. Et uideam uolūta-
tem dn̄i: et uiſitem tem-
plum eius. Qm̄ abſcon-
dit me in tabernaculo
ſuo: ī die malorū prote-

xit me. in abſcondito ta-
bernaculi ſui. In petra
exaltauit me: nunc aũt
exaltauit caput meum.
ſuper inimicos meos. Cir-
cuiui et immolaui ĩ ta-
bernaculo eiꝰ hoſtiã uo-
ciferationis cantabo: et
pſalmum dicã dño. Ex-
audi dñe uocem meaꝫ
qua clamaui ad te: mi-
ſerere mei et exaudi me.
Tibi dixi cor meum ex-

quiſiuit te facies mea :
faciem tuam dn̄e requirā.
Ne auertas faciem tuā
á me : ne declines in ira
á ſeruo tuo. Adiutor +
meus eſto ne dereliquar
me neqꝫ deſpicias me deꝰ
ſalutaris meus. Qm̄ pat̃
meus et mater mea dere-
liquerunt me : dn̄s autē
aſſumpſit me. Legē po-
ne mihi dn̄e in uia tua:
et dirige me in ſemitaꝫ

rectam propter iudicia t
tua dne. N e tradideris
me in animas tribulãti-
um me: qm̄ inſurrexer̄t
in me teſtes iniqui: et mē-
tita eſt iniquitas ſibi. †
Credo uidere bona dn̄i
in terra uiuentium. Ex-
pecta dn̄m uiriliter age
et confortetur cor tuū
et ſubſtine dn̄m. Re
quiem. Añ Credo uidē
bona dn̄i ī terra uiuen-

tium. ℣. Collocet eos ✝
dn̄s. cum principibus. ℟.
Cum principibus popl'i
sui. Pater nr̄. secreto. ℣.
Et ne nos. ℟. Sed libera.
REsponde ī Lec iiij
mihi quantas hēo
iniquitates: et peccata:
ſcelera mea atq; delicta
oſtende mihi. Cur faci-
em tuam abſcondis: et
arbitraris me inimicum
tuum. Contra foliū qđ

rectam propter iudicia t
tua dne. N e tradideris
me in animas tribulāti-
um me: qm̄ insurrexerūt
in me testes iniqui: et mē-
tita est iniquitas sibi. ✝
Credo uidere bona dn̄i
in terra uiuentium. Ex-
pecta dn̄m uiriliter age
et confortetur cor tuū
et substine dn̄m. Re
quiem. An̄ Credo uidē
bona dn̄i ī terra uiuen-

& quaſi ueſtimentum q̄
comeditur á tinea. ℟.
Memento mei deus q̄a
uentus ē uita mea. Nec
aſpiciat me uiſus hom̄is.
℣. De profundis clama-
ui ad te dn̄e: dn̄e exau-
di uocem meā. Nec.
HOmo natus de
muliere breui ui-
uens tempore repletus
multis miſerijs. Qui q̄ſi
flos egreditur, et conte-

